Letter 160: 23 May [1523], Leipzig, Petrus Mosellanus to Capito

The manuscript of the letter is in the Universitätsbibliothek Basel, Ki. Ar. 25a, 58.

Petrus Mosellanus Capitoni S. Cum se commodum nuncius, qui se isthic proficisci dicebat, oblatus esset, ac tui memoriam apud me perpetuam tibi significare indicio literarum statuissem, extempore hec ad te, rapto calamo scripsi. Nihil est autem quod te tuaque lectione dignum sit in Misis hoc tempore, nisi fortasse bonas horas male collocare institutum est tibi. Scis enim quam *semper Africa hec novi monstri aliquod exhibeat*. Mitto ergo tibi sermonem quendam Chrysostomi nuper a me Latinitate donatum. Hartmannus noster fortiter studet cuius rei testis ad hoc tempus certe idoneus esse possum. Bene vale et rescribe. Lipsiae ex aedib[us] Stromeri, qui te salutat, tuasque literas expectat. Pridie Pentecostis.

Praepositus Hallensis relicto coenobio una cum certo viatico abivit.

Tuus Petrus Mosellanus.